

casti et edificare non cessas. **T**anta frequenter
afficiebat mesticia super scandalo pusilloz.
ut deficere se putaret. nisi diuine fuisset
clemencie consolacione suffult. **C**um autem semel
malis turbaretur exemplis. anxio spiritu miseri
corde patrem precaretur pro filiis. responsu huius
modi reportauit aduerso. **T**ur tu pauper hominu
um et turbaris. **A**n ego te sine religionem meam sic
pastorem institui. ut me principale nescias esse
patronum. **H**ominem simplicem ad hoc te institui.
ut quod interfero. non humane industrie sed sine
gratia ascribantur. **E**go uocauit. seruabo et pa
scam. et alijs eridentibus alios subrogabo. ita ut
si nati non fuerint. faciam illos nasci. **E**t quan
tiscumque fuerit in pulvis paupercula hec et cuncta
religio. salua semper meo munere permanebit.
Detractionis quoque uicium in unicum fon
ti pietatis et gratie. tanquam serpentinum ab horre
bat morsum et atrocissimam pestem. et pessimo
modo ab hominabile fore firmabat. pro eo quod
detractor animarum sanguine pascat quas gla
dio lingue necat. **A**udies semel. fratrem